

Nathan Chyträus

Natalis D. N. Iesv Christi. CI I LXXIX. Carmine anniuersario celebratus à Nathane Chytræo. Cum appendice

Rostochii: Myliander, 1579

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1762018675>

Druck Freier  Zugang



1579

C9

1525/1



Universitäts
Bibliothek
Rostock

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1762018675/phys_0001

JGA

Summe

69-1525/1

O. HÜNEMÖRDER
UNIVERSITÄTS-
BUCHBINDEREI
ROSTOCK
Grüner Weg 5





397
NATALIS D. N.
IESV CHRISTI.

CIO IO LXXIX.

Carminē anniuersa-
rio celebratus à
NATHANE CHYTRÆO,
Cum appendice.



c

STRENA

IACOBO MONA-
VIO, PATRITIO BRA-
TISLAVIENSI, VIRO
CLARISSIMO, ET A-
MICO SVAVISSIMO
SACRA.



1932. XIII. 67



ODA TRICOLOS TETRA-
strophos, de GAUDIO MAGNO,
in Theophania ab Angelis pro-
clamato,

ODI Catones, arceo præficas,
Formidolosas non ferò lacrymas,
Lucri, Monetæ, fœnorumq̃
Semíneces abigo ministros.

Nunc est canendum, rugaq̃ nubila
Ponenda frontis. tristitia & metus
Tradenda ventis, & Codani
Fluctibus, Oceanoq̃ Balthes.

Quæ causa quaris? nascitur en tibi,
Mihiq̃, nobis nascitur omnibus
Seruator & dux ille vitæ,
Latitiæq̃ perennis auctor.

Seruator orbis nascitur inclytus,
Proles pudicæ virginis & Dei,
Nascente quo cœli phalanges
Mirificos agitant triumphos.

Quæ nostra gaudent utpote gaudia,
Quæ magna nobis gaudia nunciant,
Gaudete, quorum spes salutis
Et caput est columenq̃ Iesus.

A 2

Iesus

Iesus corusco pulchrior hespero,
Iesus sereno sole serenior,
Iesus auerni victor, altum
De Satana statuens tropæum.
Illum paternis nostra nece sitas
Extrulit astris, ferret vt omnia
Quæ criminosis iam fuissent
Perpetuò toleranda nobis.
Quæsiuit agnum hic sedulus auium,
Longeq; abactum: nec lacrymis suis,
Viliuz sudori pepercit,
Dummodo non miserè perirem.
Inuenit hic me pastor ouiculam,
Inuentam & vltro me scapulis suis
Gestauit, & munitioris
Intulit in latebras ouilis.
Quin carnis idem particulam meæ
Secum supernis intulit arcibus,
Quam pignoris custodit instar,
Donec eam reliquam sequatur.
Atq; inde non me trux Satanae furor,
Non ille dictus centimanus Gyas,
Diuellet vnquam, sic Iehouæ
Spiritu placitumq; sancto.
Sum

Sum indignus horum, sed tamē indigus,
 Mortalis æger, non nego, munerum;
 Sed defuit quod dignitati,
 Id Domini bonitas rependit.
 Hæc spem reducit mentibus anxijs,
 Hæc causa tantæ est vnica gaudijs,
 Qua fretus, haud posthac timebo,
 Cum Satana Satanæ ministros,
 Nil mortis atræ spicula, ferrei
 Nil iussa Mosæ, nil moror inferos,
 Nec mî fames, aut atra egestas,
 Vel minimum poterunt nocere,
 Opes auarus congerat interim
 Non ante notis artibus & modis:
 Magnos honores hic, anhelus
 Exitium in proprium, sequatur.
 Pauonis alter turgidus explicet
 Caudam, aut ineptas plumeus vpupas
 Cristis repræsentet proteruis,
 Signo animi leuis & petulci.
 Siccet culullos alter, amoribus
 Casto & pudendis gaudeat osculis,
 Deglubat hic macros colonos,
 Osisibus euacuans medullas.

A 3 His

His se beatos praesidijs putent,
Vanaq; sese laetitia efferant.
Sat diues est praeses suorum
Optimus omnipotensq; Iesus.
Quem qui paterno pectore feruidus
Donauit orbi: non simul omnia
Donaret, humanos in vsus
Curriculum hoc breue quaerenti-
Ergo supinas cum precibus manus (ritus
Huic tollo, veris gaudeo gaudijs,
Quem tot piaes matres viriq;
Plausibus expetiere priscis.
Baptista cuius nomine paruulus
Exultat, imis visceribus latens;
Vno hoc redemptore & patrono,
Tam facili miseris, triumpho.
Gaudete mecum, mecum hilares modos
Cantate, laeta & tollite brachia,
Gaudete quorum spes salutis
Et caput est columenq; Iesus.
Iesus corusco pulcrior hespero,
Iesus sereno sole serenior,
Iesus auerni victor, altum
De Satana statuens tropaeum.

AD

AD IESVM CHRIS-
TVM IMMANVELEM
PRECATIO.



VLta quidem, diuine puer, sua-
uissime Iesu,
Nomina priscorum dant mo-
nimenta tibi:

Quando hic te stellam dixit, mundi ille salutem,
Hic verbum, effigiem, consiliuq; patris:
Sed mihi præ reliquis iam perplacet omnibus v-
Diceris Immanuel quo pie Christe meus. (nũ,
Hoc tibi iuncta monet firmo mea corpora nexu,
Ut tu ceu meus es, sim bone Christe tuus.
Sim maneamq; tuus, diuelli nescius, vt tu
Discidij impatiens sis maneasq; meus.
Felicem me tam miro consorte laborum,
Et fratre, & socio, perpetuoque duce!
Tu meus Immanuel, facta cum paruulus alio
Evasi incolumis matre valente puer.
Tu meus Immanuel, pueriles impiger annos
Præsidio exegi cum puer alme tuo.
Tu meus Immanuel, cum primo in flore iuuentæ
Extorris feci plurima, multa tuli.

A 4

Tu

*Tu meus Immanuel, dum Phœbi castra frequen-
Et disco Aonia plectra mouere lyra. (co,
Tu meus Immanuel, magni cum lumine solis
Dum perago officij munia iussa mei.
Tu meus Immanuel, tenebrosa tempore noctis,
Viribus exhaustis, quando quiete fruor.
Tu meus Immanuel, proprij intra limina tecti
Seu degam, aut obeam quæ placuere foris.
Tu meus Immanuel, non hospes ab hospite tutus
Sæpe peregrina cum regione sui.
Tu meus Immanuel, nullo dubitante, fuisti,
Cum pene Alpina me necuere niues.
Tu meus Immanuel, terra seu plana peragrem
Aequora, vel medio me uehat vnda mari.
Tu meus Immanuel, seu morbo affligar anhelus,
Sive etiam sano corpore sospes agam.
Tu meus Immanuel, funesti tempore belli,
Et pacis cum nos aurea dona beant.
Tu meus ad mensam Immanuel, carosq; libellos,
Sive etiam cathedra fulcra sonora premam.
Tu meus Immanuel, cum dira calunnia rodit
Immeritum, & liuor cum bene facta notat.
Tu meus Immanuel, odijs cum vexor acerbus,
Liberam quod nolim quæ libuere malis.*

Th

*Tu meus Immanuel, oculo quandoq; maligno,
 Luenti aut etiam sicubi dente premor.
 Tu meus Immanuel, cum me nil tale merentem,
 Diffamare studet clam scelerata manus.
 Tu meus Immanuel, quæcunq; negocia tractem,
 Postulat officij quæ pia cura mei.
 Tu meus Immanuel, vires mihi sufficis omnes,
 Corpore dum in vegeto mens mihi sana viger.
 Tu meus Immanuel, cum, lapsa ætate virili,
 Obruet albescens cana pruina caput.
 Tu meus Immanuel, senij cum frigore languens,
 Si modo vis, summam sensero adesse diem.
 Tu meus Immanuel, ipso in discrimine mortis,
 Quæ mihi præsidio non onerosa tuo est.
 Tu meus Immanuel, gelidi sub mole sepulcri
 Quando cubabo, tua mox rediuiuus ope.
 Tu meus Immanuel, æternæ gaudia vitæ,
 Cum superis quando non moriturus agam.
 Deniq; perpetuò meus es, tuus ipse manebo,
 Arcta adeo quisnam rumpere vincla queat?
 Tu modò languentem faculis ardentibus auge,
 Et firmam esse iube coelitus ipse fidem.*



IN SYMBOLVM I.
COBI MONAVII. V. CL.

IPSE FACIET.

OMnipotens Deus est & fallere nescius idem.
Is faciet dictis congrua quaeque suis.
Illum tu fides precibus votisque fatigans,
Quae facienda tuo fac sine fraude loco.
Cetera crede Dei arbitrio fideique paterna,
Atque animo exiguam ser patiente moram.
Pro Faciet, sic mox Fecit rectè omnia dices,
Qui sibi fidentem curat amatque Deus.

IN IDEM.

Pragmatici faciant homines, cudantq; coquantq;
Quod libet, & quae mens irrequieta iubet:
Non ideo cessator erit Deus ille deorum,
Vnicus ille scien: omnia, cuncta videns.
Is tandem incudi reddet male cusa malorum,
Ut petat auctorum machina fracta caput.
Perfer & obdura interea, tacitusq; quiesce,
Intrepidaq; Deum mente fideque cole.
Ipse etenim quae facturum sese omnia dixit,
Pollenti faciet perficietque manu.

CHRI.

CHRISTVS PASTOR.

CEdite venales agnorum ouiumq; magistri,
 Vnicus ille bonus sum quia pastor ego.
 Impendo qui vitam ouibus. sed ouis mea verè est,
 Verba audit vocis quæ studiosa meæ.
 Ducentemq; libens sequitur, paretq; monenti,
 Ex manibus rapiet quam mihi nemo meis.

PECCATOR OVICVLA.

NVllum ego pastorem noui te præter Iesu,
 Vna est vita animæ mors tua Christe meæ.
 Te studeo sine fraude sequi & parere monenti,
 Fert quantum ingenij vis vitiosa mei.
 Tu refer errantem scapulis, ouis vt tua perstem,
 Ex manibus rapiat quam tibi nemo tuus.

MORS OMNIBVS IMMIS
NET HORIS.

VIta hominis nauim ingresso, vectoq; per vndas
 Aequoris, est similis. nãq; is seu stet sedeatue,
 Dormiat aut vigilet, iaceat vel inambulet, auræ
 Vi rapitur subita, furiosique impete venti:
 Sic homo seu vigilet, seu vinctus lumina somno
 Dormiat, incedatue adeo, sedeatue, velitq;
 Aut nolit: tamen abripitur vi temporis, atq;

Ad

*Ad metam vitæ, nullo remorante, propinquat.
Sic requie sine vita fugit: mors omnibus horis
Imminet, et nauim hanc uiolentis passibus æquat.
Si sapis, esto memor lethi, vitamq; caducam
Sic pone, ut posthac melioris gaudia vitæ
Percipias, victaq; agites de morte triumphos.*

PRECES DOMESTICÆ.

Hic meus ille iacet pallente Dauidulus ore,
Tempore natalis paruule Christe tui.
Singultuq; gemit tremulo, dextramq; tenellam
Porrigit, hanc cupidus subsequiturq; oculus,
Qua licitum est ratione querens, poscensq; paren-
Auxilium morbi subsidiumq; sui. (tes
Quam cuperem ex animo fili præstare quod optas!
Quam cuperem pro te talia damna pati!
Verum aliter Domino visum. mæstiq; parentes
Nil tibi quo misero iam medeantur habent,
Exceptis precibus, gemituq; è pectore fuso
Ad Christum, pueris qui sauet, ipse puer.
O pueri miserere puer dulcissime Iesu,
Nostraque propensa suscipe vota manu.
Neu puerum permitte mori, quo tempore nasci
Pro pueris placuit Christe tenelle tibi.

Si tæ

Si tamen hunc libeat cœlestibus addere regnis;
 Sum præsto, & iussis pareo Christe tuis.
 Qui meus est, tuus est. tuus est, tuus ecce manebit,
 Non mihi ceu proprius creditus ille fuit.
 Vis uiuat: quod Christe precor, teq; obsecro; uiuat:
 Vis illum, (ô utinam ne patiare) mori:
 Obsequar hic etiam ut potero, flammâq; paterni
 Pectoris auxiliij spe superabo tui:
 Tu quæcunq; facis bona sunt, imò optima. felix
 Commisit fidei qui sua cuncta tua.
 Finieram. geminasq; manus ad sidera tendens,
 Subiei fidei nil dubitantis Amen.
 Audit orantem Immanuel, spes vna suorum,
 Inmanuel domui filiulusque meis.
 Filiulus sic ille meus, de faucibus orci
 Erutus, en vitæ spem modo rursus habet.
 Continuet bene cœpta Deus, cui gloria soli,
 Is sibi fidentem deseruisse nequit.

A L I Æ.

SEminecis cum filioli pallentia labra
 Luctantem & vidi pectore anhelò animam,
 Dirigui nuper fateor. nam luctibus agrum
 Cor, mira pressum est anxietate, patris,
 Nec

*Nec tamen omnem abiici animum, spes vnica Ie-
Cum foret, in summis anchora nota malis. (Sus
Huic ego commisi tenerum mea viscera natum,
Et dixi, hic pars est corporis ecce tui.
Pars equidem non magna, puer siquidem ipse pu-
Pars tamen in sacro fonte dicata tibi. (sillus,
Tu caput et minimi tam magno in corpore mem-
Cladibus afficeris, ferre paratus opem. (bri
Peccatis merui, fateor, quod sustinet ille,
Est hæc peccatis debita pœna meis.
Nec despero tamen. longe est tua gratia maior,
Sarcina quam fuerit criminis vlla mei.
Ergo illum permitto tibi. vis viuere; viuat.
Sin minus; hic etiam quæ placuere placent.
Tu quæcunq; facis sunt omni laude vehenda,
Felix illa animo qui patiente tulit.*

REGVLÆ VITÆ.

S*IS animo linguaq; humilis, prodesse benignè
Omnibus, & nulli sit nocuisse labor.
Sedulus in proprijs, alijs aliena relinque,
Prudenterque fides cui sit habenda vide.
Quæ scis recta, fac intrepidus, contemne susur-
Gnarus amare bonos, et tolerare malos. (ros,
Inpri-*

404
*In primis æterna habeas potiora caducis,
Præq; hominum tibi sit gratia grata Dei.*

ALIÆ.


F*Ide Deo, diffide tibi, fac propria, castas
Funde preces, paucis utere, magna fuge.
Multa audi, dic pauca, tace abdita, scito minori
Parcere, maiori cedere, ferre parem.
Tolle moras, mirare nihil, contemne superbos,
Disce pati, & Christo viuere, disce mori.*

F I N I S.



ROSTOCHII
Typis Stephani Myliandri.
Anno 1 5 7 9.

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page. The text is mirrored and difficult to decipher.



amen omnem abieci animum, spes unica Te-
foret, in summis anchora nota malis. (Sus
commisi tenerum mea viscera natum,
hi, hic pars est corporis ecce tui.
non magna, puer siquidem ipse pu-
in sacro fonte dicata tibi. (Sillus,
mi tam magno in corpore mem-
eris, ferre paratus opem. (bri
eor, quod sustinet ille,
debita poena meis.
Nec deest tibi, quae longe est tua gratia maior,
Sarcinae, quae criminis vlla mei.
Ergo illum, qui vis viuere; viuat.
Sin mihi, quae placuere placent.
Tu quaecumque, laude vehenda,
Felix illa, quae te tulit.

REG

SIS animo lingua, et se benignè
Omnibus, et nullo labor.
Sedulus in proprijs, aly
Prudenterque fides ca
Quae scis recta, fac intrepida
Gnarus amare bonos, et t